Popiel Lastowczak Bara niećkim Coniugibus Obligat et Stahiet

1994

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Theodorus Popiel Lastowczak, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq̀ Suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actionem hunc attinet, seaum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq̀ subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse suo et Nobilis Ioannis Popiel Lastowczak filij sui pro cuius rati habitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine bona sua et eiusdem filij sui propria et haereditaria infrascripta Videlicet quartam Sortem agri Jelonowska in

1244

Villa Stryjnica in Terra et Districtu praesenti Praemysliensi sitt et iacentia, cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate titulo obligatorio, cumq̀ omnibus et singulis bonorum eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus reditibus, commodis emolumentis, obventionibus, cum gaza et hortis fabrifieijs, ac aliis eo pertinentibus prout antiquitus eo spectabant et libera incisione Sylvarum na Ślo-zaruch dictarum, attinentiisq̀ et pertinentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis cuiusvis competentiae et praerogativae prose Recognoscente suisq̀ successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late longe, circumferentialiterq̀ prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit, et possidebat ipsumq̀ Concernebant ac eidem legitime

serviebant

sequiebant. Jam ex nunc et defacto Nobilibus Semiano Baraniecki et Palusia Winnicka Coniugibus legitimis et eorum Successoribus in Summa Centum Florenorum 1995 Polonicalium hinc et abacki praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post biennium integrum proxime Venturum incidens et in defectu prolune eorundem bonorum Exemptionis Summaeque praememoratae Centum Florenorum Polonicalium totalis et integrae realis persolutionis ex tunc de triennio ad biennium Festo ad Festum pro simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinante Annis et Festis continue et immediate sese sequentibus, Usque ad Exemptionem bonorum eorundem Summaeque memoratae, totalis et integrae realem et effectivam persolutionem obligavit, inscripsit, et invadiavit, prout obligat, inscribit, et invadiat praesentibus. In quae quidem bona praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata, iam ex nunc et defacto is idem Recognoscens Nobilis Theodorus Popiel Zastawczak praefatis Nobilibus Semiano Baraniecki et Palussia Winnicka Coniugibus legitimis, obligatariis suis eorumque Successoribus, coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque Compotentem et Nobiles duos die quacunque Voluerint officiose acceptandam. Per ipsos obligatarios suos ipsorumque posteros haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus invadiata cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice Usufruendi, ac ad Usus suos Suorumque

+

successionum quovis beneplaciter libere et effectualiter convertendi, modo ac Iure obligatorio Debiti obtinebitur memoratus Recognoscens Nobilis Theodorus
1996 Popiel Laskowczuk pro et se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis eisdem. Suprascriptis obligatariis suis inscribit et obligat praesentibus ipsos et eorum successores, in dictis bonis praemissisq[ue] omnibus praesentibus per se Recognoscentem invadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunq[ue] personarum cuiuscunq[ue] Conditionis Status et Sexus cuiusvis existentium, ex occasione praemissorum modo quovis exorienda, in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere intercedere, et eliberare, indemnesq[ue] eum posteris reddere, nec non haec eadem bona praemissaq[ue] omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quovis, cuicunq[ue] personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem bona suprascripta modo quocunq[ue] impetratis et impetrandis, litis deniq[ue] et pariter, processibusq[ue] Iuris quibusvis in quocunq[ue] puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis modo quovis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq[ue] et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam Coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum eorundem praesentibus invadiatorum, dum per Ministerialem Competentem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare

denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem possessionem et Vsumfructum præmissorum omnium præsentibus innadiatorum, quouis modo tam perse quam per 1997
suas quasuis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsosq obligatarios suos et illorum posteros in præmissis omnibus præsentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita Vt hæc eadem bona præmissaq omnia præsentibus innadiata iidem obligatarij sui eorumq suis posteris quiete et pacifice præsentis Inscriptionis obligatoriæ Vigore tenere, habere et possidere queant illisq Vti frui possint, Vsq ad exemptionem bonorum eorundem summæq memoratæ totalis et integræ realem ac effectiuam persolutionem. Idq sub Vadio similis summæ Centum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Suae eius successores suprascriptis obligatarijs suis ipsorumq successoribus, ob non Completionem præmissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum Succumbendo. Nihilominus is idem Recognoscens suprascriptus Nobilis Theodorus Popiel Laskowczak, debebit et tenebitur, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis, suprascriptis Nobilibus Semiano Baraniecki et Palissiæ Winnicka Coniugibus legitimis inscribit et obligat præsentibus suprascriptum Nobilem Joannem Popiel Laskowczak sui Recognoscentis filium ad approbandam perirsum Inscriptionem præsentem obligatoriam, Vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quæuis Authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum, Vel in euentu mortis successores illius adducere et

+

personaliter stabiere, ab eoq̃ vel illius successoribus ut praemissa debite exequantur efficere. Idq̃ sub alio simili et speciali Vadio aliorum Centum Florenorum Polonicalium
1990 per eundem Recognoscentem vel eius successores supra memoratis Nobilibus Semiano Baraniecki et Palusia Winnicka Coniugibus legitimis sive eorum posteris ob non stabitionem praefati Nobilis Joannis Lopiel Lastowczak sui Recognoscentis filij stabiendi, vel in eventu mortis successorum illius ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex prae: missis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Theodorus Lopiel Lastowczak sive eius successores ad Instantiam praefatorum Nobilium Semiani Baraniecki et Palusia Winnicka Coniugum legitimorum obligatariorum suorum vel eorum succes: sorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premy: sliense ex hinc recessu superscripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tam quam peremptorio, stare Juri parere respondere Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudi: catum pati debebit et tenebitur, seq̃ ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Termi: num primum peremptorium et alios omnes exinde con: sequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis dilatio: nibus et legalibus impedimentis non differendo adquie: tationem praeterea ultra proximos officij praefati Castren sis Capi

iis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq[ue] motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia præmis sim: 1444
plicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris præscriptione Terrestri bello Convocationeq[ue], ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Feria Tertia in Crastino Festi Assumptionis in cælum Gloriosissimæ Virginis Mariæ Anno Domini Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Secundo. 16/VIII

Niechrebecki Testamentum Approbat. 1245

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis Paulus Niechrebecki Certæ Sortis in Villa Niechrebka et Terrestris Hæres, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subiciendo pa: